Nobiliss. et Clariss. V.

CONSTANTINO HUGENIO

Diodorus Tuldenus

S. D.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Pulcherrimo seculum exemplo nuper docuisti, immunia à Martis violentiâ ac furore esse debere sacra Musarum, quae cultu Prudentiae et pacis ad humanitatem mitigant animos. Quid enim aliud testatur fasciculus ille litterarum (quibus PUTEANI inscriptio lenocina-batur ad opinionem eruditioris commercij) per te vindicatus e militum praedâ, et non innoxiè tantum, sed benignè remissus? Meruisti rectè, ut quicquid hac tempestate Belgium continet eruditionis, conspiret in laudes humanitatis tuae. Ego sane pertinere ad me quoque puto benignitatem cuiusmodi exempli: qui si non doctrinâ, Professione saltem publicâ consector Jurisprudentiae, et privato cultu adfinium scientiarum. Inter igitur, simulque cultum tibi meum ut testificarer, Librum quem proximè à me editum offero: quamvis is, per ingenij mei tenuitatem, cuiusmodi est, ut à tanto viro non sine novo exemplo ~~can~~-doris possit probari. Sed qui materiâ gaudeas exercendi candoris, qualemcunque am-plectere librum, et auctorem spero tuum.

Vale.

Hug. 37.

Lovan. 12. Febr. 1631.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573

Nobiliss. et Clariss. viro,

Dom. CONSTANTINO
HUGENIO À ZUYLICHEM
Equiti, et
Principi Auriaco a Consiliis
et secretis &c.

Hagam-Comitis.

Tuldenus.

met een
pakxken. 24. Xb. 31.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 1
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/573